



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Consideratio & Affectus. IV. De Memoria Christi. Feria IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

stium Hierarchiarum Spiritus longè  
nùs splendent, quàm stellæ in præsen  
Solis. Credo, spero, amo te, Deus me

Desidero te millies !

Mi Jesu quando venies ?

Ut verè me sanctifices ?

*Consideratio & Affectus III.*

*De Intellectu Christi. Feria III.*

**Q**uis mihi det te Fratrem meum, ô Je  
Sapientissime ! & perspicacissimè  
intellectum tuum, in quo sunt omnes the  
sauri sapientiæ & scientiæ Dei abscondi  
tu enim non tantùm intellectu divini  
verùm etiam humano lumine gloriæ illu  
strato excellentissimè vides divinam  
sentiam, Sanctissimam Trinitatem,  
omnesque scientias naturales perfectissimè  
possides : à quo omnis scientia & sapie  
tia dimanat Hominum & Angelorum  
Credo, spero, amo te Deus meus : Deside  
ro te millies ! mi Jesu quando venies ?  
plenè me illumines ?

*Consideratio & Affectus. IV.*

*De Memoria Christi. Feria IV.*

**Q**uis mihi det, te Fratrem meum  
Jesu omniscie ! & perfectissimam me

moti

memoriam tuam, quâ tenes & clarissimè cognoscis omnia præterita, præsentia & futura: omnia dicta, facta, cogitata bona & mala hominum & Angelorum; & mea in primis delicta, totius vitæ curriculo commissa, ut punias, opera verò bona ut præmio afficias. O Anima mea: taperi oculos fidei: en ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos specierum sacramentalium, omnia penetrans etiam cordis intima. O Domine! ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum; citò anticipent nos misericordiae tuæ: si enim iniquitates observaveris, Domine, quis sustinebit? Credo, spero, amo te, Deus meus: Desidero te millies! mihi Jesu quando venies? meâsq; noxas ablues?

*Consideratio & affectus V.*

*De Voluntate Christi. FERIA V.*

Quis mihi det, ô Frater amabilis! cum anima, voluntatem tuam in venerabili Sacramento quoque absconditam, omnibus Sanctitatis & virtutum thesauris refertissimam, instat fornacis ardentem amore Dei & proximorum; & mei in primis minimi & indigni Fratris tui: atque